



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 58. Commendonus Lubeca in Sueciam contendere jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæc. XVI.  
A.C. 1561.

novam ibi confessionem confecerant, cui plures civitates, pluresque Imperii Ordines subscripserant, necdum tamen inter eos erat opinionum consensus; quippe unice conspirabant in molienda Catholicorum pernicie, cum inter se distribuerent destinata jam spolia Ecclesiarum omnium, studerentque, si possent, Imperii sceptrum auferre ab Austriaca familia, quæ ipsis quasi cedrus videbatur, ex annorum diuturnitate caryem hæresis nunquam passura: quocirca tunc novi Romanorum Regis electionem impedire nitebantur; cum enim Ferdinandus Maximilianum filium suum eligi curaret, hæretici illo excluso Daniæ Regem nominari petebant, eo quod hic Princeps esset illis sectæ societate conjunctus, sanguine aliquantulum Germanus, tantaque potentia præditus, ut contra hostium suorum insultus Imperii dignitatem tueri posset: hinc indies decrescebat in Commendone spes, qua Daniæ Regem a Protestantium foedere sejungere, illumque ad Synodum allicere optabat, sperabatque, ab eo saltem suos Legatos eo decernendos.

§. LVIII.

*Commendonus Lubeca in Sueciam contendere jussus.*

Interea

Interea Imperator nullum non movebat lapidem, ut publicæ securitatis literas obtineret, quibus Nuntius probe munitus tuto in Daniam pergere posset: eapropter Cæsar ad Casparum Scenichium perscripsit, quem Nuntio tanquam Imperatoris Deputatum, itinerisque socium adjunxerat, ne in ullo Imperii loco hujus Sedis Apostolicæ Nuntio injuria inferretur: insuper Casparo negotium dedit Cæsar, ut a Daniæ Rege publicas securitatis literas impetrare urgeret. Hac spe fretus Commendonus ineunte Menſe Julio e Belgio profectus, Lubecam, seu Trevam urbem in Imperii finibus prope mare Balticum sitam pervenit, ubi Regis responſum præſtolabatur: cum vero aliquamdiu Lubecæ moraretur, in Sueciam contendere juſſus eſt, eo quod Oſius ex Pontificis conſenſu eundem ad hoc iter ſuſcipiendum ſelegiſſet: porro paucis poſt diebus Daniæ Rex Scenichio hæc in reſponſis dari præcepit: „tuus acceſſus, cum a Cæſare Domino „tuo, atque avunculo meo miſſus es, ac- „ceptiſſimus mihi erit, & libenter, ubi „ſolus ad me perges, te Haſſniæ ex- „ſpectabo: quod autem ſpectat ad Pon- „tificium Nuntium, qui ſimul ad me „ſcripſerat, cum compertum ſit, quod ne- „que Regio parente meo vivente ullum

G 4 „unquam

Sæcul. XVI.  
A.C. 1561.  
Pallav. c. 8.  
n. 2.  
Gratian. l. 2.  
c. 4.  
Lit. Com-  
mend. ad  
Borrom.  
Trev. II.  
Juli & ad  
Mant. &  
Oſium 28.  
Julii.

Sæcul. XVI.  
A. C 1561.

„unquam commercium intercefferit,  
„hinc deliberandum prius est, num  
„expediat aliquam cum Romano Pon-  
„tifici communicationem habere; quare  
„in hoc rerum articulo satius puto,  
„Nuntio petenti, ut ad meas ditiones,  
„& colloquium admittatur, nequaquam  
„assentiri: proinde te rogo, ut id signi-  
„fices Nuntio, illique suadeas, quate-  
„nus susceptum a me consilium æqui,  
„bonique consulat.

§. LIX.

*Responsum a Suecorum Rege Com-  
mendono datum.*

*Gratian. vit.*  
*Commend.*  
*l. 2. c. 3.*  
*epist. Regis*  
*Sueviæ ad*  
*Comm.*  
*24. Aug.*  
*1561. lit.*  
*Comm. ad*  
*Borrom.*  
*1. Sept.*

**N**ihilominus Commendonus aliquam-  
diu Lubecæ subsistens ibidem se-  
curitatis cautionem a Suecorum Rege  
præstolabatur: verum hic Princeps, cum  
paratus esset cum valida classe in An-  
gliam trajicere, ab Elisabetha Regina  
inani spe conjugii illectus, hinc duntaxat  
die vigesima quarta Augusti ad Nuntium  
litteras dabat, in quibus illum tamen  
*Reverendissimum Patrem, ac Romani Pon-*  
*tificis Legatum* appellabat. Ceterum hic  
Princeps, quamquam in Lutheranorum  
erroribus institutus esset, ut tamen sibi  
Elisabethæ animum, cujus magnopere  
affectabat nuptias, conciliaret, Calvinii  
etiam sententiam amplexabatur.

Epi-